




**IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic
Sciences
Corporation**

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

1.8
2.0
2.2
2.5
2.8
3.2
3.6
4.0

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

0.1
0.2
0.3
0.4
0.5
0.6
0.7
0.8
0.9
1.0

© 1985

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/
Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
										✓	

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Library of the Public
Archives of Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche sheet contain the symbol \rightarrow (meaning "CONTINUED"), or the symbol ∇ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

La bibliothèque des Archives
publiques du Canada

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole \rightarrow signifie "A SUIVRE", le symbole ∇ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.


ire
détails
es du
modifier
er une
filmage

es

errata
to

pelure.
on à

32X



QUÆSTIONES

CIRCA MATRIMONIA MIXTA A SACRA CONGREGATIONE DE
PROPAGANDA FIDE

die 17 novembris, anno 1835, solute.

CUM à R. P. D. episcopo Quebecensi pleraque dubia circa matrimonia mixta et clandestinè vel aliter inordinatè contracta sacre Congregationi de Propagandâ Fide proposita fuissent, re ad supremam S. Officii Congregationem delatâ, Eminentissimi Cardinales contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores dubia isthæc, ut sequitur, soluta voluerunt :—

QUÆRITUR 1^o. Sitne validum matrimonium à duobus catholicis natu minoribus secundum formas ab Ecclesiâ prescriptas contractum, sed tamen invitis parentibus ?

RESPONDETUR affirmativè. Nec enim dissensus parentum aut ætas minor inter impedimenta matrimonium dirimentia ullo possunt modo nostris hisce temporibus recenseri. Leges Cæsareas et jussa principum huic adversa sententiæ non moramur. Illa namque aut de civilibus tantum effectibus sunt intelligenda, sicuti de edicto Henrici III regis Christianissimi à Ludovico XIII confirmato, sentiunt præstantes viri Lovetus in Parisiensi senatu consiliarius, Habertus episcopus Vabriensis, Cabassutius, Gerbasius, Natalis Alexander, aliique; aut quædam id statuunt quòd limites prætergreditur secularis potestatis, sunt omninò rejicienda.

Circa ea quæ ad rationem pertinent sacramentorum, non principibus secularibus sed soli Ecclesiæ plena est definiendi potestas. Ea verò non solum in cap. *Cùm locum*, de sponsal, et mat. in cap. *Licet*, et in cap. *Tua*, de sponsâ duorum, ejusmodi matrimonium rata habuit et declaravit; verùm et Tridenti in Spiritu Sancto legitimè congregata eos anathemate percussit, *qui falso affirmant matrimonia à filiis familias sine consensu parentum contracta irrita esse, et parentes ea rata vel irrita facere posse*. Nullus igitur dubio reliquus locus est super validitate prædicti matrimonii.

QUÆRITUR 2^o. Utrum matrimonium partis catholicæ et partis protestantis, utriusque natu minoris, invitis parentibus unius ex partibus contractum coram magistratu vel ministro protestante et duobus testibus, validum censeri debeat necne ?

RESPONDETUR affirmativè, pro Canadæ regionibus ad quas extensa est Benedictina declaratio*. Jàm enim supra monuimus neque ætatem minorem neque parentum dissensum dirimere matrimonia; quod non de catholicis solum, sed de ipsis etiam protestantibus volumus intellectum, enim hæretici quoque sacris Ecclesiæ legibus teneantur; nec in iis præsertim, quæ attinent ad sacramenta, seculares leges Ecclesiæ sanctionibus ullo possint esse detrimento. Deficientia tandem parochi, in casu expresso, non nisi clandestinitatem parit, quæ in illis locis in quibus vixi habet Benedictina declaratio, haud irritat matrimonia hæreticorum. Cùm verò, ut idem fert Benedictus XIV in opere de Synod. Diœc. in matrimoniis mixtis pars libera et immunis à lege eamdem immunitatem cum alterâ parte communicare censentur; sequitur profectò clandestinitatem non obstat mixtis matrimoniis in Canadæ regionibus contractis.

QUÆRITUR 3^o. Estno validum matrimonium à duobus protestantibus absque ullo teste contractum ?

RESPONDETUR: Est validum pro Canadæ regionibus; iubi enim viget Benedictina declaratio quæ valida declarat ea matrimonia quæ clandestinè ab hæreticis contrahuntur.

QUÆRITUR 4^o. Matrimonium partis catholicæ et partis hæreticæ contractum inter utramque partem, nullo adstante teste, validum censeri debet ?

RESPONDETUR: Validum pro Canadæ regionibus ob sæpius laudatam Benedictinam declarationem ad ea loca extensam. Hoc patet ex dictis in solutione ad dubium

* Declaratio SS. DD. N. Benedicti Papæ XIV, cum Instructione super dubiis respicientibus matrimoniis in Hollaridâ et Belgio contracta et contrahenda, edita die 1 novembris 1741, ad Canadæ regiones extensa fuit per SS. DD. N. Clementem Papam XIII, die 29 novembris 1764.

2^{um} Præstat verò hic pro majori claritate verba referre ejusdem Benedicti XIV, lib. 6, cap. 6, de Syn. Diœc. sic exarata: "Cum conjugum alter tam ratione loci in quo habitat, tam ratione societatis in qua vivit, exemptus sit à Tridentinæ Synodi lege, exemptio quæ ipse fruitur alteri parti communicata remanet propter individuitatem contractûs vi cuius exemptio quæ uni ex partibus competit ad alteram, secundum etiam civiles leges extenditur eidemque communicatur." Quæ verba, ut videre est, tam sunt clara et aperta, ut nullum relinquunt dubitationi locum super validitate istiusmodi matrimonii.

QUÆRITUR 5^o. Matrimonium duorum catholicorum inter se solos contractum absque ullo teste, vel coram duobus testibus in loco ubi non possunt recurrere ad ministrum alienius sacerdotis approbati, validumne est?

RESPONDETUR: Primum matrimonium est validum pro iis diœcesis Quebecensis incolis, qui missionariis tantum utuntur; sacra enim Congregatio de Propagandâ Fide, anno 1820, decrevit: "Pro incolis diœcesis Quebecensis, qui missionariis tantum et donec utuntur, non esse locum decreto Concilii Tridentini *Tametsi*, nullo habito respectu majoris vel minoris distantie; et missionarii curent referre matrimonia celebrata in eorum regestis Ordinario respectivo tradendo." Quibus ex verbis patet incolas predictos matrimonia inire posse, nec parrocho adstante, nec testibus ullis; quàm utraque obligatio ex eodem proveniat Tridentino decreto *Tametsi*, cui locum non esse declaravit prælaudata Congregatio. Secus verò de iis incolis affirmandum est, qui in locis habitant, ubi sunt parœcix constitutæ; illi enim nullo modo à lege Tridentini decreti immunes haberi possunt ut proinde ipsorum matrimonia irrita fiant si nullo teste presente contrahantur.

Secundum matrimonium, de quo in dubio fit mentio, validum quoque habendum est, sacra enim Congregatio Concilii die 30 martii, anno 1669, declaravit quòd sicubi catholici parrochus aliusve sacerdos, *vel omniò non adsit, vel illius adveniendi libera potestas non sit*, matrimonia, etiam nullo adstante sacerdote contracta, valida censentur, dummodò coram duobus testibus contrahantur. Pius etiam VI huic in hærens declarationi, rata habuit matrimonia in Galliis tempore revolutionis contracta, cum Ecclesiæ legitimis pastoribus destituebantur.

QUÆRITUR 6^o. Cum pars una catholica et pars altera hæretica desponsantur coram magistratu et uno tantum teste, vel coram ministro protestante et uno itidem teste, potestne magistratus vel minister, ut alter testis censei? Matrimonium verò ejusmodi validumne est?

RESPONDETUR: Matrimonium est validum pro partibus Canadæ ob declarationem Benedictinam inibi extensam. Repetendum hic est quòd jam satis superque monimus, matrimonia hujusmodi valida semper esse etiamsi nullo adstante teste contrahantur. Superfluum itaque videtur percontari utrùm magistratus aut minister hæreticus velut alter testis possit existimari. Cur tanta de altero teste sollicitudo, cum in casu de quo agitur ex collato Indulto nullius testis presentia ad matrimonii validitatem exigatur? Leges autem sæculares, si quæ in Canadæ regionibus vigent, matrimonia clandestina rescindentes coram Ecclesiâ vi nullâ pollicere meritoque explodendas esse jam supra monimus in responsione ad dubium primum. Diligenter itaque commonendi sunt qui in Canadæ regionibus matrimonia prædicta sic contrahunt, se in foro conscientiæ sæcularibus illis legibus non teneri, sicque coram Deo conjunctos esse ut nullâ possint hominum potestate divelli.

QUÆRITUR 7^o. Matrimonium duorum catholicorum inter se, adstantibus duobus testibus, contractum coram parrocho invito et reluctante estne validum?

RESPONDETUR: Validum. Sic decrevit sacra Congregatio Concilii, anno 1581, respondens tertio quesito episcopi Giennensis, sic expresso: "Si invitus et compulsus per vim adsit sacerdos, cum contrahitur matrimonium," utrùm tale matrimonium subsistat? Responsum fuit "subsistere."

QUÆRITUR 8^o. Cum catholicus se simulat protestantem aut apostatam, eo consilio ut matrimonium ineat cum muliere catholicâ coram ministro protestante et duobus testibus: ejusmodi matrimonium estne validum?

RESPONDETUR negativè. Cum enim alter conjugum hæresim simulat aut apostasiam, non ideo catholicam fidem ex animo deserit. Quocirca cum ambo conjuges sint reipsâ catholici, clandestinitatis impedimento tenentur. Quòd si conjugum alter non hæc simularet solium sed verè animo à catholicâ fide deficeret, ad hæreticam transiens pravitatem, tunc profectò mixtum exsurgeret matrimonium quod ratum habendum esse ex superius dictis, manifestè apparet.

QUÆRITUR 9^o. Duo catholici diœcesis Quebecensis non nihil impediendi obesse animadvertentes ne matrimonium contrahant, in fraudem legis ad illud inveniendum coram magistratu, pergunt ad Fœderatas Americæ Septentrionalis Ditiones, quibus in regionibus facta nunquam est Tridentini decreti *Tametsi* promulgatio. Ratumne habendum est matrimonium ejusmodi?

RESPONDETUR: Ratum, si conjuges transferant etiam domicilium; irritum, si primum domicilium retineant. Labet hic resolutiones à sacrâ Concilii Congregatione tribus dubiis datas afferre, ex quibus patet apertissimè quænam sit Ecclesiæ mens circa hos similes casus. Quæsitum itaque fuit:—

1^o. "An incolæ tam masculi quàm femine loci in quo Concilium Tridentinum in punto matrimonii est promulgatum, transeuntes per locum in quo dictum

o.
e.
o.
is
es
t

n
e

s.
),
n
is
is
i-
e
e
o.
;
n

t.
i-
/,
n
it
s

n
t-
ac

e-
i-
r-
is
t-
e-
e-
ad
ia
ne

s-

r-
m
?


i-
s-

n,
sâ
n-
n,
is

se
m
is
n-

i-
is
i-

n-
m



“ Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, validè possunt in isto loco matrimonium sine parochò et testibus contrahere ?

2^o. “ Quid, si eo prædicti incolæ tam masculi quàm feminae solo animo sine parochò et testibus contrahendi se transferant, habitationem nou mutantes ?

3^o. “ Quid, si transferant habitationem illo solo animo ut absque parochò et testibus contrahant ?”

“ Sacra Congregatio respondit ad primum et secundum non esse legitimum matrimonium inter se sic transferentes ac transientes cum fraude. Ad tertium si domicilium verè transferatur, matrimonium esse validum.”

QUÆRITUR 10^o. Pars catholica diocesis Quebecensis et pars hæretica Ditionum Fœderatarum, utraque natu minor, contrahunt inter se solas matrimonium absque testibus in Fœderatarum Ditionum terris. Estne validum hoc matrimonium ?

RESPONDETUR : Est validum. Pars enim hæretica Ditionum Fœderatarum suam communicat immunitatem parti catholicæ diocesis Quebecensis. Ætas verò minor nullum hic facessit negotium. Hæc tam sæpè repetita sunt, ut inutile prorsùs sit vel minimum nunc addere verbum.

QUÆRITUR 11^o. Pars hæretica earundem Fœderatarum Ditionum et pars catholica diocesis Quebecensis matrimonium inveniunt in præfatâ diocesi magistratu coram et duobus testibus ; validène contrahunt ?

RESPONDETUR : Validè ; etiamsi nullus adsit testis ob rationem in superioribus solutionibus allatam.

QUÆRITUR 12^o. Catholica pars Ditionum Fœderatarum et pars hæretica Quebecensis diocesis matrimonium inter se solas celebrant absque testibus in præfatâ diocesi. Estne validum ?

RESPONDETUR : Validum ; pars enim hæretica gaudet Benedictinâ declaratione, et immunitatem ex illâ proveniente cum parte catholicâ Ditionum Fœderatarum.

QUÆRITUR 13^o. In Ditionibus Fœderatis Americæ Septentrionalis, sacerdotes catholici à tempore immemorabili celebrare consueverunt matrimonia catholicorum cum hæreticis. Suntne iuribus licita mixta hæc matrimonia ?

RESPONDETUR negativè. Duplicè enim in sensu sumi potest verbum illud *celebrare* ; et vel significat nuptialem impertiri benedictionem, vel nuptiis dumtaxat adesse. Ab utroque officio arcentur sacerdotes, cum illicita semper ab Ecclesiâ habita sint istius modi matrimonia, nec licita fiant nisi specialis præcesserit apostolica dispensatio, quæ gravissimis tantùm de causis et post maturum examen solet concedi. Causæ verò gravissimæ censentur, si in publicum bonum vergant, et si eas comitentur expressè et perquam necessariæ conditiones quæ sequuntur : 1^o. Ut nullum adsit periculum quòd pars catholica ab hæreticâ perverti possit : imò è contrario spes affulgeat probabilius futurum ut pars hæretica ad saniores fruges à parte catholicâ revocetur. 2^o. Ut proles utriusque sexus ex eo procreanda conjugio in catholicâ religionis sanctitate omnimò educetur. Quæ si causæ conditionesque concurrant, solet quidem Apostolica Sedes concedere ut presbyter approbatus nuptiis intersit ; at nullo modo nuptialem impertiatur benedictionem. Dispensatio isthæc pro præfatis matrimoniis non præsumitur, quæ idcirco illicita æstimanda sunt. Consuetudinem verò contrariam à tempore immemorabili vigentem sacra Congregatio non probat, nec tamen apertè nunc interdicit, verita ne graviora indè mala proveniant. In id autem omnes vires suas omnemque pastorem sollicitudinem impendere deberent præsules ordinarii, ut eam consuetudinem abusum imò reprobandum leniter et paulatim à suis usque radicibus evellant.

Feià III, loco IV, die 17 novembris 1835. In Congregatione generali sanctæ Romanæ et universalis Inquisitionis habita in conventu sanctæ Marie supra Minervam, coram Emis. et Rmis. DD. Cardinalibus contra hæreticam peccitatem Generalibus Inquisitoribus, supradictam Instructionem circa dubia proposita ab R. P. D. Archiepiscopo Quebecensi, idem Emi. et Rmi. DD. approbârunt.

ANGELUS ARGENTI, S. ROMANÆ ET UNIVERSALIS

Loco + Sigilli.

INQUISITIONIS NOTARIUS

